In feſto S. Stephani protomartyris, Ev. Matt 23, 34——39.

Chriſtus hoc Evangelio, ſempiterni Hoſtiũ ſuorum (Judæorum) interitus cauſam omnem à ſe removet & in ipſos transfert; Argumentis deſumptis à ſua partim

- 1. Bonitate, quam ἀντιθετικῶς commendat, factâ nim. oppoſitione Facti tùm
  - 1. Sui, optimi & laudatiſſimi, quo ſalutem Pereuntium unicè quæſivit, mittendo ipſis
    - 1. Prophetas, v. 34.
    - 2. Sapientes, v. 34.
    - 3. Scribas, v. 34.
  - 2. Hoſtium ſuorum improbiſſimi, qui ſpretâ DOMINI bonitate, Legatos ad ſe miſſos, partim
    - 1. Occiderunt & crucifixerunt, v. 34.
    - 2. Flagellaverunt & perſecuti ſunt, v. 34. Cæterùm facti hujus ſceleratiſſimi
      - 1. Finis, notatur, v. 35.
      - 2. Eventus certiſſimus, v. 36. (vide Pſ. 109, 16.)
- 2. Voluntate, quâ nolentes etiam, inſtar Gallinæ, ſæpiſſimè congregare voluerit, v. 37. Hinc iſtorum
  - 1. Pœna deſertionis juſtiſſima, v. 38.
  - 2. Αὐτοκατακρισία, v. 39.

In feſto S. Johannis Evangeliſtæ & Apoſtoli, Evang. Johan. 21, 19——24.

CHRISTUS Petrum ſe ſequi jubens, verſ. 19. partim

- 1. Interrogatur ab ipſo, de re quapiam. Obſervetur itaq; Quæſtionis tùm
  - 1. Occaſio, v. 20.
  - 2. Materia circa quam, v. 21.
- 2. Reſpondet ipſi. Reſponſionis Dominicæ,
  - 1. Forma, ſeu verba formalia, v. 22.
  - 2. Effectus: Sermo de ἀθανασίᾳ Johannis inter fratres & Collegas obortus, v. 23. qui tamen ſtatim refutatur. Obſerva autem
    - 1. Quomodo: per Inficiationem, cùm JESUS non dixerit: Non moritur: ſed, ſi &c. v. 23.
    - 2. A Quo? v. 24.

Feria II. Paſchatos, Evang. Luc. 24, 13——35.

Chriſtus Redivivus ſeſe, hoc loco, duobus quibusdam ex ſuis Diſcipulis præbet, tùm

- 1. Comitem: Ubi annotantur: &c. vide Litt. A.
- 2. Hoſpitē. Plura hic membra conſideranda veniunt:
  - 1. Facti hujus occaſio, v. 28. 29.
  - 2. DOMINI
    - 1. Revelatio: quando & quomodo facta: ἀρτοκλασίᾳ, cum nim. panem fregiſſet, v. 30. 31.
    - 2. Subductio. ἄφαντος ἐγένετο, &c. v. 31.
  - 3. Diſcipulorum
    - 1. Mutua Confeſſio, de ſumma Verborum JESU efficacia, v. 32.
    - 2. Divulgatio. Eadem namq; Horâ Jeroſolymam reverſi, Undecim illis, & qui cum ipſis erant
      - 1. Nuntium illud bonum afferunt: quod DN. verè reſurrexerit, v. 34.
      - 2. Narrant,
        - 1. Τὰ ἐν τῇ ὁδῷ, v. 35.
        - 2. Καὶ ὡς ἐγνώσθη αὐτοῖς, &c. ibid.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id375805311/57
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG